

tate predicta omnia et singula non servante comunitatibus sive comunitati predicta per singula observantibus. Que pena totiens committatur et possit exigi cum effectu, quotiens in singulis et pro singulis capitulis, partibus et membris huius contractus fuerit contrafactum, — ventum vel non servatum. Et dicta pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta nichilominus contractus iste in sui robore perseveret.

Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et adtendendis obligaverunt dicti syndici sibi ad invicem et vicissim omnia bona et homines et personas dictorum comunium, quorum sunt syndici. Renuntpiantes syndici supradicti nominibus antedictis privilegio fori, exceptioni doli mali, condictioni sine causa, in factum actioni, feriis et diebus feriatis, et generaliter omni alii legum, iuris et usus auxilio et beneficio, quo uti possent, propter quod posset predictis aliququaliter obviari. Quibus sindicis et cuilibet eorum sindicario nomine quo supra predicta omnia et singula volentibus et confitentibus predicta omnia et singula servare precepi ego Orlandinus Forestani notarius infrascriptus pro guar(andia) et nomine iuramenti, sicut michi licet ex forma capituli constituti comunis Floren(tie) et Senarum, quod tractat de guar(andia), quatenus predicta omnia et singula adtendant, adimpleant, faciant et observent in omnibus et per omnia, prout promiserunt et supra plenius continetur et scriptum est. Insuper dicti syndici et quilibet eorum promiserunt de predictis omnibus et singulis facere confessionem coram iudice comunis Perusii et coram quolibet alio iudice competenti.

Actum in civitate Senarum in supradicta ecclesia cattredali^a civitatis Senarum in presentia venerabilis patris et domini domini Donosdei¹ episcopi Senensis, presentibus nobilibus et potentibus viris Guidone Riccio de Folliano de civitate Regii honor(abili) capitaneo guerre civitatis Senarum, domino Andrea domini Salimbenis de Camerino milite capitaneo populi civitatis Senarum, Renaldo domini Nerii Servi, Francisco Cini Ugonis et Cione fratris Domini, qui sunt de offitio dominorum Novem gubernatorum et defensorum comunis et populi civitatis Sen(arum) et domino Griffolo Iacobi iudice, Iacobo Balordo de Forlivio, domino Andrea de Sancto Elpidio iurisperito et ser Bartholomeo Ciardi notario de Senis et multis aliis testibus ad hec adhibitis, vocatis et rogatis.

a) So Or.

1) Donosdeus 1317—1350.